



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 124. Ordo Nobilium Matronarum Vienna institutus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](#)

s plus
ter eos
victoria
duos &
ita plu-
bas in-
ahoma
vere de-
dedicatio-
nis liti-
cessarii
ter re-
pe pro-
in mudi-
cuame-
is bell-
que ob-
am tem-
everis
nis ha-
um ro-
atqui-
hilomi-
a sexti-
um ite-
verant,
ut Ve-
effec-
rcæ Se-
n enim
oci mu-
Octobr-
copio-

copiose cadentibus, marisque fluctibus Sæc. XVII.
vento concitatis quamplurimi misere A.C. 1668.
perierunt. Tentabat Vezirius Creten-
sis Urbis ditionem, quam armorum
violentia extorquere desperabat, amplis
pollicitationibus e blandiri, missis ad
Morosinum Veneti exercitus Duce-
literis, quibus eidem Valachiæ & Mol-
daviæ Principatum promisit, si urbem
dederet: Ast Morosinus commune pa-
triæ bonum privato honoris questu per-
dere minime assuetus, oblatam condi-
tionem cum ludibrio & contemptu re-
gessit: honestam tamen pacem non re-
spuit Respublica, quæ hanc in rem La-
rissam ad Sultanum alegabat Ludovi-
cum Molinum; Turcæ autem proximæ
expugnationis spe tumidi, uiiversam
Insulam sibi cedi postulabant, seu, ut
ipsi omnia acquirerent, & Veneti om-
nia amitterent, & pacem ipso bello
longe amariorem inirent.

§. CXXIV.

Ordo Nobilium Matronarum Viennæ institutus.

Hic annus Austriacæ Domui oppido *Tuld. Hist.*
funestus fluxerat; nondum enim *Decen. l. 3.*
lacrimis temperatum erat ob Ferdinandi Wenceslai primogeniti Cæsaris
Filii paucos menses nati obitum, cum

Z 4 pau-

Sæc. XVII. paulopost in Cæsaris Palatio scriniam
 A. C. 1668. ibidem laborantis incuria incendium
 excitaretur, ac flamma vorax int
 quinque horarum spatiū tanto furor
 grassaretur, ut pars maxima conflagra
 ret, & vidua Imperatrix cum duabus
 Archiducissis ægre ignis furori se selob
 ducere posset. Æstimabatur damnum
 ultra quinques centena florenorum
 millia; hanc tamen jacturam lenius
 insigne prodigium; quippe extincto in
 cendio quædam particula de ligno Cro
 cis Dominicæ medios inter ignes illæ
 intactaque fuit reperta, etiamsi aurum
 cui involuta erat, diffluxerit, & cry
 stallus, cui inserta, dissiluerit. Igitur
 in hujus portenti memoriam Eleonora
 Ferdinandi III. Cæsaris Vidua, an
 nente summo Pontifice, in festo S.
 Crucis exaltatae Congregationem ab
 instar Equestris Ordinis Nobiliorum
 Matronarum instituit, quarum pietate
 præcipue incumbet sanctam Crucem
 venerari, ejusque imaginem aureo no
 mismati impressam, atque ex humero
 sinistro pendentem deferre. Floret ho
 diedum hoc institutum, auctum tamen
 alio ejusmodi Ordine, cuius selectissi
 mæ Sodales sese virtutis mancipia
 vocant.

§. CXXV.